

Locher, Jakob

Continentur. In hoc opusculo a Jacobo Locher Philomuso facili Syntaxi
concinnato. Vitiosa sterilis Mule, ad musam: roscida lepiditate predictam,
Comparatio

Nurnberge 1506

Res/4 Germ.g. 197 g#Beibd.2
urn:nbn:de:bvb:12-bsb00006122-1
VD16 L 2230

Continentur. In hoc opuscu
lo a Jacobo Locher Phi
lomuso facili Syntari
conciinnato.

Vitiosa sterilis Mule/ad musam:
 roscida lepiditate predictam/Comparatio.
 Currus sacre theologie triumphalis.
 ex veteri instrumento/& noue Testamento ornatus.

Elogia Quattuor Doctorum Ecclesie/
 cum Epigrāmatibus/& duabus prefationibus/
 Viris clarissimis.& poetarum oratorūq;
 presentissimis fauissoribus.rite dicatis.

Ad Lectorem.

Melinguis fueras Germane scholasticę quondam.
 Barbara cum poteras nil nisi verba loqui.
 Nuncte culta manus vatū:latialia pulsans
 Organa:facundo læuigat eloquio.
 Que resecat dolabra turgentis cruda labelli
 Grammata:que vocis format & ora rudis.
 Que tibi dulcitas scribendi parturit artes:
 Bellerophontei stagnaq; promit equi.
 Sis memor inq; dies accepti muneris omnes:
 Quo melius superi nil tribuere tibi.

Dii bene vortant.

CVM MUSA EX IOVE MVLA CONTRA NATV
RAM GENITA. PHILOMVS I PROLOGVM.

A Ioue principium Muse: Mens Iupiter Orbis:
Harmoniam Muse syderatam referunt.
In spheris habitant/ diuus furor inde resultat:
Sirenas lepid a dicere voce queo.
Instrumenta nouem mouet hec cytharædus **A**pollo:
Eq; fauore/ gradum sacra poesis habet.
Inspiret vatum furor hic nisi corda supremi
Fusus ab arce Iouis/ carmina rauca canunt.
Ergo sacris musis cum sit celestis origo
Comparat his mulas cur odiosus homo?
Has deus ad laudes genuit/ psalmosq; canoros:
Atq; per has vocis cymbala clara dedit.
Rudentes mulas domini non dextra creauit:
Filius at sebeon repperit hocce pecus.
I bibe letheos potus. obliuio mentem
Vt rapiat: ne sit cognita mula tibi.
Dilige quas superum (Vocalia plectra) camenas
Nouimus: Errores exue queso tuos.
Musa tibi rorem fandi: tibi fundit oletum
Mula: quid est melius? hoc tibi dicat anus.
Hecale.

Sacrum
Iuventuti scholastice
Dicatum.

. 102 .

Scribere clericulis statui monumenta **N**ouellis.
Que lacerant curui mente labante senes.
Nugas esse putant, quas scripsit **M**aximianus.
Nugas esse putant, quas canit arcitenens.
Vt leuius potero. **I**am demonstrabo camenas.
Et bona que phœbi possidet arca sacri.
Me iuuet altitonans/complere quod vtile fiat
Atq; per acceptum blanda iuuenta tibi.
Barbara, greca simul/priscis q; notata latinis.
Grammata confundo, diluuiumq; paro.
Mulas cum musis fatio certare disertis.
Et cum theologo/bella/poeta gerit.
De post factantes sterilis nunc mula iacebit.
Et finium pratis clune cacante dabit.
Vt peragam lusus/adsit mihi pneumatis almi
Gratia, fœcundum prestat & auxilium.

Παπτα Καθεώσ
Εσορ Ται

. **Αν** ii .



Cesaream laurum. victricem/perpete fama.
Vatibus imponis calliopea tuis.
In prato viridi flores decerpis odoros.
Cinnama/thura/rosas. hic tua secta legit.



Accipe curue senex vanno cribrante cacatum
 Latamen mule. tu quia stercus amas.
 Tantum secta valet tua. quantum merda valebit
 Quam nunc brutali colligis ex Asina.

Tardorum infinitus est numerus.

**Ich hab die fey
 gen fressen**

Pica loquax



**De Mula. et Musa. Comparatio
 vitiosa Philomusi.**

**HEXASTICHON AD LECTOREM
 DE MVLOTHEOLOGO.**

Vanus homo vanas de vano pectore voces
 Ructans ascreas liuenti stygmate musas
 Vrit. & in sacros iaculatur crimine vates.
 Obloquio cuius respondet pagina gliscens
 Articulis armata suis. & viribus instat
 Mulotheologi disrumpere cornua vani.

TETRASTICHON EIVSDEM.

Subiicio chartam doctis censoribus illam.

In quibus est fidei sedula cura bone.

Vt faciles æquo trutinent examine captus.

Ingenii, contra quod valet inuidiam.

Dii benevortant.

Philomusi.

**Clamor ad poetas vbiq; gen
tium degentes. de Mulothologo.**

Ingens est natum mule de semine monstrum.

Nugosum, mendax, & bipedale vorax

Comparat ingenuis mulas rabiosulus hirtas

Varibus ecce canis, pymphiasq; ferit.

Hoc monstrum spumans, validis confodite telis.

O vates, tergum glubite scabrificum.

Iam carminandum, nunc est sacrandae poesis.

Bellua cuius opes conspuit eximias.

Dexter Apollo pius versus, & scripta iuuabit

Delphica, que pariunt cyrrha, nemusq; virens.

Vos augustalem vates defendite laurum.

A sacris hederis pellite grande nefas.

Nos sumus e primis soboles generosa, valensq;

Theologis, scimus nos quoq; regna Iouis.

Exacuant igitur calamos quicumq; nouenas

Pieridas recolunt, fertaq; docta gerunt.

109.

Jacobus Locher Philomus
sus Poeta et Orator Laureatus
Nobili ac clarissimo viro Georgio de
Sintzenhofen Doctori pontificii iuris / Ca
nonico ac vicario ecclie Ratisponensis. Salu.

QVERIMONIAM iustā ac necesariā / corā te instituo
vir clarissime. poetarūq; cultor haud postreme. cōtra quē
dam vanissimū Theologum. nec de fide christi. nec de ca
tholica doctrina bene meritū. qui sacros poetas / diuino fu
rore imitatos. Mulas esse blactit. Musarū numina atq; mi
randas pieridū qualitates. quibus ingenia hominum sele
ctorum illustrantur. pari conuitio. pariq; contumelia Mu
las nominavit. pecus scilicet inertissimū. infœcundū ac ste
rilitate perpetua damnatū. prohpudor / q; hominis scabri
rubiginosi. maledici petulantia nemo compescit. statui pri
dem cum malo sene pacē esse seruādā. sed minor pacis ob
seruatio apud illū. q; apud scythicas gentes. qui pacē igno
rare dicunt. ob effrenē rabiē bellandi. indomitāq; barba
riam naturā. Cogit me sacra poesis. diuinus musarū cultus
me mutū esse nō patit. Gryneus apollo vrget nostrum ali
quā tisper retusum calamū. vt aliquid p̄ defensione scribā.
ne stolidus osor. et inuidie presentissimus executor / poetas
recte dānasse ideotarū / ac vulgariū iuditio videat. habet
enī plerosq; sectatores atq; conscios maledicēti sue. q; pre
ter rudes Alexandri galli versiculos. preter modos signifi
candi. & futiles ramidasq; grāmatices triuialis regulas. im
mo potius irregularitates / nihil vnq; didicere. Iactantuli
tamē & arrogātissimi barbaralexib9 & soloecismis crasissi
mis confisi. maiestatē dicendi. ac sacros musarū latices tur

pititer audent reprehendere. & morsu canino lacerare. **A**beant
in malā crucē. digni pristino. catasta. & ergasculo. vt dies
cunctos in miseria viuāt. erroresq; demū agnoscat. legant
preco **A**ristotelē artisticē factiōis deū. quid de poetis. poe
si. & poetica doctrina scripserit. qui philosoph⁹ maximus
& peripateticæ secte princeps & institutor. nō vituperauit
poetas. vt homūtionēs faciūt. q̄ iotam ynā nec eloqui. nec
cū ornatu & gestu cōueniēti pronūciare queūt. legant diui
num **P**latonē / sophorū deū / in libro qui **I**on inscribit̄. **v**bi
nō humanū ingeniū poetis tribuit. sed potius diuinū / atq;
ethereū quendā vigorē cōcedit. quo vatū mens inspirata
incensaq; / mirāda quedā ac stupēda promit carmina. quo
rum sublimitatē / profanū vulgus nō capit. Inuidia est in il
lis hoībus liuētissima. qui cū eandē dictandi / vaticinādīq;
diuinitatem assequi nequeunt. poeticā occipiūt floccipen
dere. & cōtemptui exponere. **Q**uicquid tamen in publico
loquunt̄. in actibus scolasticis presumūt magnificare. cur
runt ad poetas. ad oratores. ad musarū scrinia. furantur.
compilant / consuunt ea deniq; in necessitate. ne muti sint
& elingues. que prius ludibrio habere. **S**ed postremo ad
mulā redeo. humanissime fautor. nūquid delirare videtur
insipiēs theologus. qui poetas mulas comparat. quasi ni
hil pariant. sintq; steriles & rebus publicis ac cōmunibus
studiis perniciosi. **O** vecordē seniculū. o linguam fimis oli
dis ac fetida stercoratione obturandā. **O** maledicētiam in
auditā / rabidā. brutalēq; / excutiā puluerē scholasticū. & ve
teres theologos sanctissimos vita / & miraculis claros enu
merabo. qui ex poetis facti p̄fessores theosophie. ipsaz di
uinā scientiā dicēdi acumine. suadēdi vi carminādi harmo
nia dulcissima / vberiorē atq; amabiliore fecerūt. **E**st ne mula

Eusebius pamphili? qui euangelicā preparationē genuit? qui opuscula mire iucūditatis/ ac pœtice leporis in defensionem fidei composuit. qui apologiā p origine euāgeliorum diaphoniā/ & reliquos fecūditissime sobolis libros edidit. **Est** ne mula iuuēcus pres byter? q p hyspaniā litteras latinas. & pœtice docuit. qui de sacramētis metrinū opusculū fecit. qui quattuor euāgelia hexametris versibus cōpendiose exarauit. **Est** ne **Mula** clemēs alexādrine ecclesie pres byter? qui humano eruditionis/ & eloquētie professor & factus in primitiua ecclie fidei defensor. peperit ex ingenii fertilitate. & secularis litterature instrumēto/ libros stromatum. idest. varietatū octo. & 7707150 & a. v. g. idest. in formationū totidem/ quos christiana respublica. & omnis theologorū schola plurimifacit. hic clemēs nō mule. s; muse filius/ discipulū vndecūq; doctissimū. originē adamātiū educauit. & litteris politissimis instituit. **Est** ne mula apolinus? qui versu & prosa disertus. in defensionē fidei. cōtra montanū hereticū. sicuti tu9 philomusus cōtra diabolicū theolongū inuect9 est: **Est** ne mula diu9 **Cyprian9**? q arte rethorica. & pœtica melodia multos prestitit. sui excellentis ingenii foetus nō effcētū/ nō sterilē. neq; vanū. sed fidei necessariū/ ac valide opportunū. reliqt. **Est** ne mula prudētius? homo grauis. ingeniosus. religionis christiane/ obseruantissimus. qui psychomachiā. hymnū de trinitate. apotheosin. armatigeniā. contra symmachū heroicis numeris libros duos pœta genuit. nō mule sed muse filius. atq; eruditus alūnus. **Est** ne mula sedulius? aut hieronimus donatus? qui purissimis carminibus passionē domini nostri iesu christi. ad multorū salutē. ad doctrinam omnigenā. ad memoriaz crucifixi cōposuerunt. plures sunt poete in celo. qz inuidi **Theologi**. qui prater arguit primo arguit secūdo.

nil prorsus sapiūt. **Q**uid dicā de innumerabili sanctorum
patrū caterua: qui humanas litteras. sacratissimis fidei do
gmatibus interseruerūt. qui sterile vocē/ lepiditate rhetori
ci sermonis schematibus poeticis. & tropoz iucūditate. cō
ditā. sapidā. ac amabile fecerūt. **Q**uid igit inueterat⁹ ser
pens: bisulca bestia: repēs in sabulo. mortē hominis sitiēs
audet poetā. **M**ulā dicere: & abortum informē predicare.
cū in ecclesia. nihil aliud cante. in offitiis nihil penitus le
gatur. q̄z qd̄ poete fecerūt & miro ingenii afflatu cōdidere
scz. **H**ymnos sapphicas odas. sequētias vt ipsi dicūt. psal
mos variis rhythmis/ ac numeris canoris obseruatos. s̄z qd̄
vestimēta lacero: qd̄ calceos dirūpo: prescit⁹ sathanas facit
qd̄ didicit. nocere cupit. pdesse nō potest. ad gehēnā edifi
cat. ad quā cōsortes ac cōscios querit. honestos theologos
ac laude dignos. quos veneror/ coloq; nō carpo. **V**nū car
po. qui me **M**ulā vocauit. qui oīs poetas steriles adpellat.
qui quottidiana in meā sectā ac p̄fessionem cōuitia iacit.
hoc tibi cōqueror. **A**micoz optime. vt me a tali bestia de
fendere nequaq; dedigneris. die noctuq; in pernitiē meā
vigilat. & insomnes noctes absunit. p̄lege nostram tumul
tuariā **A**pologiā. que elegantia nullā. feruorē animi solum
prestat. **E**x auripoli sexto **I**du **I**ulii **M**. cccccc. vi.

Excusatio Philomusi Apud Sinceros Theologos.

Parcat queso meis venerabilis ordo camenis.

Quem non fax odii rumpit & inuidia.

Non ego theologos. teneris quos semper ab annis

Excolui. taxo christicolasq; viros.

Eloqui sacri cultor sum maximus: ipsa

Testantur vocis edita scripta mee.

Hanc deus auertat mentem. cecumq; furorem

Vt lacerem ritus theologia tuos.

Theologos letor quorūdam dicier orsu

Veridico/diuum lex mihi sacra placet.

Theologum/qui me nunq̄ finit esse quietum

Mordeo, morbosum discrutioq̄ senem.

Quem nec pacis amor, quē nec moderata quietis

Hora fouet, nullo membra sopore leuat.

Publica pernities semp studet esse bonorum,

Et nisi rixetur, debilis vsq̄ iacet.

O vtinam superi mentem dent huic meliorem.

Tandem pacificus vt resipiscat homo.

Argumentū p̄ntis Apologie.

QUIDAM Theologus, de theologia male meritis, gar-
 rulus senex, grauastellus & plane prophan⁹, temere dixit
 & effutiuit barbare, sine frōtis verecundia, sine capitis ca-
 ni reuerētia, sine theologica patiētia, poetā esse **Mulā**, hoc
 est musam esse sterilē, **Infœcūdā**, abiectā bestiā, que nihil
 sobilis, nihil virtuose opationis, nihil deniq̄ frugalitatis p̄-
 ducat, aut ex sese pariat, dictū improbū, contumax, insolēs
 virulentū/feculentū **phœbus** egretulit, **Musarū** chorus im-
 patienter audiuit, **Rapsodi** pariter intestino iaculo p̄culsi,
 vituperionis rabidū cauillū incastigatū nequaq̄z dimittēt
 hortat̄ **phœb⁹** chyrre domin⁹, musas aonias, muse apol-
 linem **chrysocomē**, **Apollo** cytharced⁹ **phœbicolas** mystas
 ne inultū trāseat scōma mordax, euanidū, atq̄ petulās ca-
 cate lingue mendatiū, & nou⁹ **marcias**/arrogās **fistulicen**,
 excoriata cute/ac denūdata neruor̄ cōpagine turpiter deri-
 sus, atq̄ ludibrio exposit⁹ pereat vt demū benign⁹ lector
 & candid⁹ auditor, tenebricosam senis capulo digni male
 dicentiā, ac plane fanatici nebulonis cōtumeliā sciat, & po-
 steritati dedicet, dign⁹ nepe posthuma fama, q̄ ligue vitio/
 lubricitate, lapsu temerario/inimicos facit, & assentatores
 qualescunq̄ sibi comparat.

Thortamē Calliopes et phoebi
Adutuū contra Adulotheologū.

Calliope.

Turpibus arguimur verbis o presul Apollo.
Et iacit aduersum nos maledicta senex.
Proh mulas steriles/transuerso nomine musas
Appellat nequeo scandala tanta pati.

Phœbus.

Non ego quādoquidē musarū preses & heros
Hec senis inferni verba probrosa feram.
Fœcundas heliconis opes. & cuncta ciebo
Numina parnassi. casta lidumq; gregem.

Calliope.

Quid facies igit? nunquid pharetratus. & arcu
Munitus. cedi lurida membra dabis?
Promeruit cornuta mori. laqueoq; necari
Bestia. que fraudis mille venena spuit.

Phœbus

Ne te sollicitent nimium conuitia spurci
Insidiosa senis. sit neq; cura tibi.
Effitiam posthac. ne quenq; voce lacesat.
Improbis. infamis. stercoreusq; senex.

Calliope.

Dentibus excussis ferro. linguaq; resecta
Vix tamen hic serpens sibila trita premet.
Tu nisi letiferam per corporis ima sagittam
Miseris exta. magis seuiet anguis atrox.

Phœbus.

Squamosum potui telis lacerare draconem.
A quo confecto/pythius ipse vocor.

Fors dabit/ut frangam serpentis ruffa bilinguis
Guttura. quo peius nil modo terra parit.

Calliope

Prouidus esto precor. stygiis qui nata sub vndis
Hydra trifaux posset forte nocere tibi.

Hanc Sathanas docuit. stellata pulsus ab arce/
Mille dolos. fallax ingeniumq; dedit

Phœbus

Sit peior furis. & sit truculentior omni
Harpyia. vincat tartareumq; canem.

Non tamen effugiet nostrum mala bestia telum:
Ense/rota/flammis/fulmine digna mori.

Calliope

Te decet. ut referas quales fœcundas poetas
In lucem dederit. musa/bonosq; viros.

Diuinus nos fulgor agit. nos astra serena
Illustres fœtus edere nempe iubent.

Phœbus

Ex te mirificus vates processit homærus.
Quo melior toto nullus in orbe fuit.

Theologus sapiens. virtutis precò supernæ.
Qui peperit gremio pectora docta suo.

Additur huic museus. nouit qui palladis artes.
Nimirum sacro præditus ingenio.

E cuius splendens exiuit turba sophorum.
Atq; sacerdotum carmine. vera loquor.

Transeo bistonium non orphea. cantica scripsit
Vnius in laudem qui celebranda dei.

Qui ritus hominum crudos dulcedine metri
Mulsit. ob æthereum fructifer ingenium.

Hesiodem nunq; sileo. tham yramq; canorum:
Quorum doctrinas theologia probat.

Quos & doctorum tersissima lingua viro-
rum/
Laudibus assiduis nunc super astra leuat.
Stesichorum/sophoclemq; cano. tragicicq; **v**igoris
Euripidem. vel quos scena diserta refert.
E quibus ingenii flumen sumpsere beatum
Doctus Aristoteles. magniloquensq; **P**laton.
Quid memoro physicum. qui se priuauit ocellis
Democritum. musis nam bona prima dedit.
Mille fuere sophi. quos pauit sacra poesis
Milleq; theologi. **R**hetoricicq; graues.
Non ego romanos possum transire poetas.
Ingenio quorum dogmata pulchra vigent.
Quem non **V**irgilio ditissima vana **M**aronis?
Quem non **L**ucani classica clara mouent?
Quem non peligni **N**asonis flumina lingue?
Quem non thebana **S**tatus arce mouent?
Quem non delectant **V**enusini tinnula vatis
Plectra. quibus varios lusit in vrbe tonos.
Quem non aut libyci comedia docta **T**erenti.
Aut **P**lauti veteris verba salesq; iuuant?
Quem non satyre scriptores/rite docebunt
Premia virtutis. criminis atq; fugam.
Qui negat hoc. christum posset sine iure negare:
Quod canimus constat. vipera sola negat.
Nullus in hoc mundo/sine me/vel numine sacro
Pieridum/miro claruit ingenio.
E nostro crescunt diuini stemate vates.
Illorum furor est concitus a superis.
Liuidulos furor ater agit phlegetontis ab imo
Vortice profusus. tantaleoq; lacu.
Qui nec digna sophis. nec diis accepta loquunt
Nec gustant latices theologia tuos.

Gustus auaricie rapit hos/generatus arenis
Fustus ab infernis.inuidia labra cibat:
Vulgus ait simplex rebus prestare duabus
Theologos/quaes. pagina nostra premit:
Scilicet inuidiæ stimulo.dextraq; tenaci:
Censeri cupiunt & tamen vsq; boni.
Vtuntur gerris siculis.& inania verba
Componunt.logicos Gordia vincla struunt.
Vtrum sit quantus superum **R**ex & moderator.
Vtrum sit summi prescia cura **L**ouis.
Vtrum primus **A**dam viridi merdarit in horto.
Vtrum saluari turba prophana queat.
Vtrum faelices homines hec tempora reddant
Queritur:hoc vtrum plurima lustra terit.
Vtrum smalbucus nigram grauidare culinam
Possit/& yndenos euacuare cados.
Hoc vtrum crescit per longa volumina.nec scit
Theologus sensum garrulus æthereum.
Hoc vtrum **B**asi i nesciuit pagina magni.
Vtrum contempsit hoc **P**olicarpus item.
Hoc vtrum nullis chartis commisit ineptum
Aurelius.quo vix doctior alter erit.
Pamphilus hoc vtrum non scripsit.candidus vtrū
Eusebius tacuit.**A**mbrosiusq; sacer.
Non interposuit tritum **L**actantius vtrum.
Hoc quoq; suauiloquēs nec **C**yprianus habet/
Hoc omnes spreuere viri/quos sacra vetustas
Illustres numerat.**H**ieronimiq; liber.
Complures taceo dulci breuitatis amore.
Quos penes hoc vtrum nil nisi larua fuit.
Augustinus habet claros in honore poetas.
Quorum scripta sacris inserit eloquiis.

Efficit & sapides inserto carmine libros.

Vtrum postposito, delphica metra citat.

Quisquis anagogen: tropici vel mystica sensus

Scripta petit, mores nosse vel ingenuos.

Biblios historias vel qui memorare cupiscit.

Non capit ex vtrum, somnia nec recolit.

Quattuor esse tube clangunt, firmatq; columnæ

Quattuor omnigeni celica templa dei.

In quibus arte fluunt muse, scatet atq; poesis

Inclyta, que tantos fecit in orbe viros.

Quorū nec steriles recitant monumēta cathedræ.

Lectio priuatis nec docet illa locis.

Cassiodorus habet succum de culmine cyrrhe.

Propterea nullis voluitur ipse scholis.

Non est theologus perfectus/semine phœbi.

Castalio pariter qui ve furore caret.

Non est theologus, si quem **B**uridanus & **O**ckan

Aut scotinus tantum digladiando parit.

Marsilius/**M**aufelt/**B**urleus/**B**rulifer/**H**olkot

Atq; **B**ricot/logices retia sola ligant.

Sunt alii quos fama refert celeberrima passim

Authores, quorum mellea scripta viget.

In quibus angelicus feruor calet, atq; redundans

Copia verborum, sensus & alta docens.

Mula nihil gignit, sed claros musa poetas

Theologos pariter dico ne barbaricos.

Mula nihil gignit, Reges sed musa potentes.

Gignit & ad pacem, gignit ad arma viros.

Mula nihil gignit, sed iustum musa senatum

Instruit, in quo nil liuida corda valent.

Mula nihil gignit, sermonis musa lepores.

Nectit & argutis seria dicta iocis.

Mula nihil gignit, sed ritus musa decoros
Quos neq; vir sapiēs improbat, haudq; bon9.
Mula nihil gignit, sed psalmos musa sacratos,
Et laudatores theologia tuos.
Mula nihil gignit sed regem musa **D**avidem
Instituit numeris, blandisonaq; cheli
Mula nihil gignit, **S**alomonem musa creauit,
Qui cecinit variis carmina sacra modis.
Mula nihil gignit, sed **S**anctos musa prophetas.
De christo docuit mystica facta loqui.
Mula nihil gignit, sed diuas musa **S**ibyllas,
Quarum posteritas prescia verba stupet
Mula nihil gignit, **G**ersonem musa disertum,
Theologum genuit, **N**estoris atq; manum.
Mula nihil gignit, sed **B**ernardinus vterq;
Theologus, musa nascitur aonia.
Mula aliqd gignit, quid? stercora foeda, qd inde?
Theologus crudus nascitur atq; loquax,
Qui liuore tumet, qui toto tempore lites
Seminat & furiis precipitatur atris.
Verius hoc dicto nihil est, authoribus illud
Innumeris verbum ritte probare queo.
Theologos primos formauit sacra poesis
Primaq; supremum nouit in arce deum.
Ignorans loquitur, vano quoq; blactit ab ore,
Quod nemo sapiens dicere nempe solet,
Sed mea **C**alliope, cunctas ostende sorores
Excute pegasidas, phœbigenūq; nemus.
Singula musa canat, qualem cognouerit artem.
Instrumenta sui promat & ingenii.
Altius ascendat nitidi radiantia celi
Sydera, mansuetum conciliatq; **I**ouem.

A Ioue principium soboles diuina camenæ
Accipiunt, generis nobilitate vident

C Calliope

In lucem prodite deæ, certamina mouit
Theologus vobis, insidiasq; parat.

Dicite vestra palam numeris monumēta canoris.

Vt gilua pereat auctor ab inuidia.

Clio, fama.

Prelia gesta cano, transactis tempora reddo

Temporibus, refero factaq; clara ducum.

Historias reperi grecas, pariterq; latinas.

Annales florent ingenioq; meo.

Melpomenæ, Meditatio.

Heroum tragico mestissima fata boatu.

Effinxi, tumidus quoq; cothurnus habet.

Edocui veteres phœbo dictante poetas.

Grandiloquus quorum prestat in orbe stilus.

Thalia, Capacitas.

Inuentum iucundum meum sunt comica plectra

Et per me soccum scænica turba capit.

In lucem duxi vates bisquinq; latinos.

Et graios aliquot, quos monumenta beant.

Euterpe, Delectatio.

Tibia de nostris impletus flatibus ingens.

Fistula de nostro prodit & ingenio.

Cum calamis docui blandos effundere cantus.

Per me fistulicen, atq; choraula valent.

Terpichore, Instructio.

Ludere cum cytharis, cū Nablis cū Decachordis.

Et cum psalterio, primitus institui.

Affectus hominum, nunc acres, iamq; remissos

Effitio, suauem possideo genium.

Merato. simile inueniens.

Saltatus pedibus faciles. pulchrasq; choreas
Inueni. digitis plectraq; blanda mouens.
Subtiles peperit geometras. **C**osmographia
Inuentum pariter dicitur esse meum.

Vrania. celestis meditatio.

Astrologia mihi conceditur. vnde planetas
Noscimus. & nitidi lucida signa poli.
Per me scrutatur motus struantur & astra.
Venturis sedis nuntia fato cano.

Polyhymnia. memoria multa.

Prepara rhetoricis gestus. & verba magistris.
Per me clamoso dantur & arma foro.
Ac immortales memori cantamine vates
Reddo quibus seruit posteritatis honor.

Calliope. optima vox.

Mater ego *Μούσιον*. sublimia carmina mado
Archetypis libris. ingeniumq; rego.
Pulchra scatent nostro de pectore scripta. potentū
Que regum memorant facta. trucesq; manus.
Grammata prima tuli. cadmeis ædita formis.
Me duce. sub celo littera queq; sonat.
Mentis **A**polline flatus nos vndiq; musas
Excitat. & dotes suggerit ethereas.
In medio residēs parnassii cynthuis horto.
Humanas artes ædocet & sopheriam.
Instrumenta bone concedit tinnula vocis.
Labra. gulam. dentes. organicumq; tonum.
Commoda facūde tribuit quoq; cymbala lingue.
Dat vires pariter gutturis indomitas.

**MVSARVM PROPRIETATES SECVNDVM
MYTHOLOGIAM FVLGENCIANAM.**

- P**RIMVM est velle doctrinam poeticam.
- S**ECVNDVM est. delectari. quod velis :
- T**ERCIVM est. instare ad id. quod delectat9 es.
- Q**VAR TVM est. capere id quod instas .
- Q**VINTVM est. memorari quod capis.
- S**EXTVM est. inuenire de tuo sile ad id qd' me/
- S**EPTIMVM ē. iudicare qd' inuenias. (mineris.
- O**CTAVVM est. eligere de quo iudicas .
- N**ONVM bene proferre quod elegeris.

EPILOGVS PHILOMVSII.

Mula rudis tantas nescit exponere dotes
In medium. quid tum? stercorea foeda paris.
Atq; tuus Genitor. sathana prognatus iniquo.
Merda Merdosas inuidiosus olet.
Est aliquid sacras animo pcurrere musas.
Iuditio quarum docta minerua viget.
Mula gerit saccos. tergo gerit & scabioso
Theologum. quo vix turpior esse potest :

**Ad Reuerendū patrē. D. Kilia-
num Leib. Ampelocomēsis Eoe-
nobij priorem. Philomusus.**

Perlege lugentes prestans Kiliane camenas.
Quas lesit morfu garrula pica graui.
Ad te sollitas referunt cyrthea querelas
Numina. virtutis subsidiumq; petunt.
Non me delectant faucis maledicta caninae.
Pacificum nec me verba probrosa iuuant.

Defendo musas lepidas / tueorq; poetas :
 Nemo bonus fama negligit emeritam :
 Est tibi nota satis Philomusi vita sueui.
 Sunt noti mores. ingeniique vigor :
 Est tibi nota satis placite constantia mentis :
 Ortus fausta meos signa leonis habent.
 Perlege / non vanas placuit confingere nugas :
 Veridico pollet hec mea charta stilo. **Vale**

Ad nobile ac Eruditissimum
virum. Erhardus Truchses
Doctore Juris et oratore. Decanum et cano-
nicum Dryospolensis ecclesie. Philomusus

Gutturis (esto) tibi furialia verba loquacis
 Displiceant. renuens & maledicta legas :
 Attamen exerte se pagina nostra statere
 Subiicit? examen postulat atq; tuum.
 Mallam versiculos moderato condere plectro :
 Et lenes potius consociare pedes.
 Commouet at quem non petulantia rustica vatē ?
 Stringat vt in prauum flammea tela senem.
 Et nisi compescat fauces / pugnacis iambi
 Sentiet ardorem vulnificamq; manum.
 Que legis / aonidum celebris me iussit honestas
 Scribere: iudicio rite probanda tuo.
 Quem finem tandem faciet depreditus osor ?
 Non pariet. cur non? tartarus huncce pauet.
Vale.

Ad nobile. ac Egregium virum Georgium de Sintzēhofen iuris doctorem.
Philomusus.

Pax mihi grata foret constans clarissime doctor.
Et nudus vere dexteritatis amor.
Sed nouus hostis adest. cūctas q stringit in horas
Contra phœbicolas arma pauenda viros.
Rictibus anguineis pyrenes mordet alumnas.
Et vates mulis comparat egregios.
Mordeat vsq; velim. lasciuos mente poetas.
Mordeat & fidei perdita sensa male.
Mordeat hereticos. quem vatū flāma cremauit.
Theologi prauī busta relicta manent.
Non Hufz. nō Viglef. nō Rockēzanus &. Ambo
Hieronimi. ~~Mouctioy~~ Crimine dispereunt.
Liuor edax tantos. & mens lymphata tumultus
Excitat. & cœptæ consulit inuidiæ.

Vale:

Ad Iouem precatio. et mentis
Consilium. Philomusi.

Sum philomusus ego. lotus baptismate sacro.
Excoluit christum cuius vterq; parens.
Inter magnanimos genuit natura suæuos
Me quoq; christicolum fautor vbiq; fui.
Nec me thespiades. nec seduxere poete.
Quo minus arderem iura. fidemq; sacram.
Nec lex prisca vetat Gentiles scire camenas.
Officit ecclesie nec pia musa sacra.
Laudo thronum celi. totis perscrutor olympum
Viribus. & tecum Iupiter esse peto.

Nihil mihi terrenos rerum persuadeo census .

A te nec cecas expeto diuitias .

Opto mihi sanam cum sano corpore mentem .

Pendeat & nutu vita **M**isella tuo .

Vt facto tandem . prescriptis functus & annis /

Intuear solii regna beata tui .

Ergo malus sileat . ne telis fœua trifulcis

Vulnera percipiat . tartareaq; minas :

Nec carpar musas . summo de vertice celi

Dimissas . sobolem **I**upiter ecce tuam .



IOVI OMNIPARENTI SACRVM.

Ne sim gentilis. ne sim de gente prophana.

Exero virtutis inclyta signa mee.

Theologus fidei me dextro nullus amore

Prestabit. nam te per fera bella sequar.

Cantaboq; tuas haud lasso pectore laudes.

Inter agarenos. massagetesq; truces.

Impia corda sacros capient me vindice ritus.

Rhetor enī semper adesse volo.

Dii bene vortant.

**THOME MVRNERII VATIS ET THEO
LOGI VERIDICVM EPIGRAMMA.**

Legimus inuicte philomusi carmina musæ.

De mula sterili: theologoq; sene.

Bellica res agitur variis instructa sagittis:

Theologum ad pugnam turba nouena vocat.

Cum mula sterili: quā nec deus ipse creauit:

Aut benedixit. & hinc semper erit sterilis.

Verum hanc inuenit patris dum pasceret anan

In deserto asinos/ & sociaret equas.

**PAVLI RETINGERII EPIGRAM
ma Artium liberalium professoris.**

Iste liber genio factus (me iudice) digno:

Artificis famam tollit ad astra sui.

Non iactat phaleras/ nec fucos arte paratos:

Natiuus decorat hec monumenta color.

Spiritus est alacer/ qui non plebeia reponit

Dogmata/ sed phœbi que caluere sinu.

Lecturus librum dirceo fonte renatum

Hunc/ premat inuidiam/ nam bona multa parit.

Ad lectores beniuolos.
Epigramma Philomusi.

Non me liuor edax, non tristis turbida mentis
 Cura rapit: lites vt male sanus agam.
 Me nisi ronchissans laceraret mordicus os ore
 Pacificus cuncto tempore nempe forem:
 Quis tolerare potest hominis conuitia nacce?
 Qui me non fidei sensa tenere putat.
 Hoc sapio/ quod docta cohors/ qd' sanctio magni
 Principis affirmat: & monumenta probant.
 Hec monumeta puto. que christi mania seruant.
 Et retinent titulos theologia sacros:
 Te reuerenter amo: summi decreta tonantis
 In gremio recubant theologia tuo.
 Non flores arabū: non Cinnama/ Thura/ falernū
 Oblectant gustum theologia meum.
 Ethereas tibi promissas opes/ & pandis aceruum
 Virtutis: de quo sacra fluenta cadunt.
Dii bene vortant.

Argumentum sequentis libelli
a Philomuso concinnatum.

Hic liber ætherei sublimia signa triumphū
 Continet: & currus magna trophaea sacri.
 Ducit equos Moses: quo vix prestantior alter
 Dux fuit: & legum qui monumenta dedit.
 Furba prophetarum currus comitatur ouantis
 Pompam: cum manibus loraq; tenta premit.
 In folio residet fertis redimita coruscis:
 In dextra sceptrum Theologia tenens.

Quattuor accedunt doctores. pectore lato
Sustentant Axes qui: celeresq; rotas.
Grex modo subsequitur: qui plenas spernit aristas:
Qui spicas tritici præterit esuriens.
Et steriles fœtus. paleas & carpit inanes:
Ictibus & crebris/stramina fresa terit.
Hic euangelii scriptores rite cacumen/
Syderei currus: & loca summa premunt.
Perlege/quisquis is es: cui recta poemata cordi
Esse solent. nunq; carptores amarus eris.

Ad Egregium virum ac Nobi-
lem Dominũ Erhardũ Truch-
ses Juris doctorem. Decanum
et canonicum Dryo spolanũ
fautore suũ obseruãdissimũ. Ep̃la.
Philomusi.

Mon me vana ratio mouit: Doctor facundissime. quod li-
bellum de **M**usa & **M**ula conscripsi: Satirico nempe mor-
su/ac lingue petulantia latrantis: correpti sunt omnes poe-
te. quotquot tellus sustinet: ab hallucinante quodã theolo-
go: tanq; ipsi poete sint **E**thnici: sint pagani: nec fidẽ chri-

sti custodiant. nec sacramēta fateantur. nec de rebus euāge-
 licis. sacrisq; patrum beatorū cōstitutionibus. recte sentiāt
 non infitias eo. quosdā & in latio. & germania. aliisq; locis
 vbi christi honor viget: poetas fuisse & hac quidem tem-
 pestate viuere. qui non ad amissim cuncta patrum monu-
 menta. probauerint: temereq; plerunq; locuti sint impotē-
 tes animi: cōtra sacras leges. **I**alcuiasq; paginas. & luserit.
 & ediderint. ego tamen non sum talis. opume fautor. quia
 nunq; aduersus secreta summi dei: aduersus mundi creatō-
 nem: aduersus supremi oracula vera tonantis: vel per con-
 temptum dixerim: aut male coagmentat9 per furiam. scri-
 pserim. **C**hristi legem predico. virtutis munera doceo. **V**i-
 tia mortalium corrigo. errores. si quos accipio. & in vita &
 in disciplina emendo. **D**ulces sacratissime theologie gust9
 ac libamina omnibus rebus antepono. nihil stabile. nihil
 diuturnum. nihil perpetuum. ac beatum reor: quod ab le-
 ge sacra. ab ingenua virtutis opera. ab honestatis formula
 fuerit alienum. forte in theologia possent nonnulli peccare
 si poti9 temerarium adpetitum. q̄ rectam rationem sequi
 voluerit: professiones arcium. & doctrinarum malos non
 faciunt. si ipsi aberrare a vera semita noluerint. **F**ama est in-
 ter idiotas & male dolatos. poetas non esse bonos christia-
 nos: nec theologie cultores. qd̄ falsum sit. & mendatio tur-
 pissimo simile. patet in mula nostra. vbi rationes primum
 Inde classicos auctores in medium deduximus. ad me re-
 uertor. **C**andide doctor. vt satis constet omnibus. qui chri-
 stiane fidei sunt addicti: & sedem **P**etri non impugnāt. qd̄
 theologie celebratissime. sim cultor & deuotissimus ama-
 tor. **T**riumphalem curram feci. ornamēta triumphalia pa-
 raui: pompam triumphalem ordinavi. triumphales viros
 & precedentes / subsequentesq; : ordine certo locavi.

super solium currus / cum eburneo sceptro / atq; diademate se-
ptem gemmarum fulto. **T**riumphantem theologia constitui :
post currum temone sudans turba questionario; theologorum
lento passu subgraditur. que de vero aceruo theologie / tan-
tum quisquialis ac lollium colligit. & manipulum neccit ari-
dum. qui ad leue aquilonis flatum soluit / atq; languescit.
Addidi praconia quattuor doctorum ecclesiae. quorum nixu
fortissimo : cunctorum recte heresiarcharum / pene sunt sopite.
quorum preterea labores scholastici : conciones diuinissime.
saluberrimi monitus : & vt paucis concludam. quattuor sensu
um fundamento. omnes ingeniorum aculeos exigunt. & homi-
nem non barbarum. non alienum ab insigni poesi. non elinguez /
non crudum. sed vaferrime dedolatum. ad unguem lceugatum
vetustate greca. romana. barbaricaq; institutum. versatilem.
& multe memorie requirunt. **p**rohpudor! anormae atq; gran-
de vituperium nostratibus inuritur theologis. de classicis : &
aruditis concionatoribus mihi non est sermo ineluibilis im-
pingitur macula : qd' vix vnus & alter viuit theologus. qui
concionandi. seu maius / predicandi munus queat subire. ad mor-
dendum in angulis sunt peccatissimi : ad predicandum ineptissi-
mi. cur istud? sunt enim osiores poetarum. ex quibus sumit iu-
cunditas vocis / & delectatio : sunt aduersarii grauissimi ora-
torum / e quorum fonte suadendi & dissuadendi : hortandi &
dehortandi : vis / motus / gestus / & vehementia sumitur. sunt
Iurisconsultorum hostes. e quibus decreta patrum / & origo
legum acquiritur. qui actiuam vitam docent : & honestas
actiones iubent : contrarios ausus illicitosq; mores / vetant.
Sunt medicorum carptores qui corpus sanant. & christi mi-
sericordiam : vt boni sectatores adimplent. prohpudor! in-
gens est ignominia. qd' plura pulpita vacant predicatoribus
vbi ergo sunt theologis? substituuntur Iureconsulti. vt popu-
lum doceant. **Q**uid igit' presumunt nonnulli / poetas expel-

lere: oratores vellicare: cum ipsi preter nodosam logicam /
& questiones implicatissimas nihil sapiant: & sint infantissi-
mi locutores. De malis ista loquor. & de inimicis poetarum
Doctissime Erharde bonos / quorum iustus est numerus:
theologos / & patres meos / nihil moror: nihil laceſſo: cum &
mens mea ardeat in amore theologico. perspice tu curram
triumphalem: & nostra carmina in doctorum laudez facta
lubes perlege: meliora scriberem: nisi & hec / mihi: & aliis
clarissimis viris: opportuna fore crederentur.

Vale.

Bayer. Staats-
Bibliothek
München

Rubrica.

Tendūt ad superi thronū tonātis:
Vectores/alacri manu rudētes
Qui currus rutili trahūt/salubrē
Premōstrāt aditū/viamq; cæli



Hic currus nitidū sacre triumphum
Scripture repetit: patresq; vectat/
Quorū theologus libros probatos
Qui nescit: fatuus magis vocatur.



Explanatio tabule **D**ialogica.

PHILOPONVS. Cum more meo : ambulare per atria
templi : quod ad honorem summi patris ædificatum est :
in quo sancta **T**rinitas veneratur a supplicibus hominib9
& hymnorum chorus argutissimus / pene celestem effingit
harmoniam : forte oculos leuans ad dextrum parietem / **V**i
di currum eburneum : qui a quinq; rutilantibus **C**aballis
trahebatur : & in cuius summitate : speciosa **M**ulier / diade
mate coronata sedebat. **I**n cuius circumferentia / septē gem
me nobiles ac preciosissime renitebant : iubarq; phœbicū
exprimere videbant. quid designent nec scire possum : nec
satis admirari. **R**es potius diuina / q̄ humana mihi videt
esse. **E**cce cum philomusum video : a quo p̄cunctabor singula
quæ in hoc curru triumphali representantur. **E**st etenim gna
rus. **I**llustrum rerum interpres : nec caperata frōte abnuet
studiosum me nouarū tabularū edocere planissime. **H**eus
philomuse : ignarum & errantium hominem institue : vt re
ctam semitam incedat : & intelligat : quid iste tabula miro
fulgore lampabilis designet. **PHILOMVSVS.** **L**ubēs
mi philopone / tibi referam : quæ depictus currus : qui om
nem triumphalē pompā : omnes mundi delicias vincit : in
hac tabula prefiguret. **C**orona mulieris presidentis septē
lapillis prefulgentibus : septē artes liberales representat :
que anhelantibus ad sacram theosophiam / aditum liberū :
ac tritissimum prebent : in quib9 nō est perpetuo hærendū
sopore : sed poti9 saltus est faciendus : vt ad altiora : p̄ artiu9
grad9 / stāmata trāseamus. **S**ceptum in manu tenet inuio
labile : quo inferna terrena : ac suprema iudicia gubernant.

hoc est verum insignie stemma: in quo iusticia cū summis
 aliis virtutibus tribunal posuit: quas qui non colit: non ve
 neratur: nō amat: cū tam formosa mulier/currū triumphā
 lem ascēdere nequit. sed plutonis carpentū potius arripiet
 quod ab alastore/ Nycteoq; ac Eumenidibus toruissimus
 tractum: in vndas stygias/ranis coaxantib9 / & anguibus
 plenas: ascensores trahit. **PHILOPONVS.** Animū meū
 recreasti melius: q̄ si omnē musicū concentū: qui vbicunq;
 locorū/ in principū/ atq; regū atriis audiri solet: auribus de
 fecatissimis & arrectissimis auscultassez. perge vlteri9 tan
 tam sublimitatez elucidare: que mihi instar septem mundi
 miraculorū esse videat. nihil pyramides: nihil Mausolum:
 nihil aram diane cornibus horribilē: nihil colossū rhodi
 um: aut quiddā splendidius: cōparatione presentis trium
 phi facio. nō hunc libycus africani: non hunc Numidicus
 marii: nō ponticus Gnei pompeii: nō Gallicus cessaris: nō
 Macedonicus Emilii: non Creticus Metelli: non Achaicus
 Nummii: nec Actiacus Octavii hūc superat: haud aliquo
 gradu adæquat. Ille gentilis pompe vanitatē indicat: hic
 celestis glorie perpetuitatez promittit. Ille corporis solatium
 agit: hic animi dulcissimū fructum perficit. Age mi Philo
 muse/ breuib9 absolute parerga que scatēt vberrime/ in hoc
 curru: quē satis cōtemplare nequeo: fac queso me saturum:
PHILOMVSVS. Sedent in eodē curru: poetarū argutif
 simi patroni/ David cytharcedus pater: & fili9 Solomon:
 quorum alter lyricis numeris: ac psalmodia/ decentissimis
 rythmis concinnata: currū celestis sophie: plaustrū æterne
 sapientia: epirhediū supne maiestatis decorat/ ornatq;. Al
 ter templū: ac sancta sanctorū ædificat: in quibus deo op
 timo maximo/ offerunt sacra: & fiūt holocaustomata redo
 lentissima. Ab his succum nectareum: dulcē Ambrosiam:
 pastum quoq; animi libamus saluberrimum. Cantica can

ticorum: **T**ropologias cūctas in se continētia: quis est qui
nō maxime stupet? **O**rthriū carnē cytharædi: omnibusq;
horis cantabile: deo gratificans: quis est qui non extollit?
Aurigarius **M**oses currū regit quicq; **C**aballis: qui penta-
theucū designant: **I**uuāt conatū mosaicū duodecim pphe-
tæ: qui spiritus sancti numine: ac inspiratione pleni: deum
celi/ & creatorē hominū: mysterialiter predicauerunt. vt ni-
hil sublimius/ diuinius/ ac prestantius esse possit illorū va-
ticio. **I**tem maiores prophetæ quattuor: in gyro sacro se-
dentes/ & quasi mutuo ligati nexu/ christū in medio circuli
intuentes: nobis gratulantur: & triumphalem theosophie
currū adsequunt: quicquid & de christo sunt vacinati: no-
bis fidei cultoribus: & passionē domini recolentibus: viua
representāt imagine. **R**otas & axes gemmeos ornatu: colo-
re purpureos: materia infrangibiles: fulgore spectabiles:
igne lapabiles: manibus inuictis: quattuor ecclesie roma-
ne **D**octores: q̄druplici sensu scaturiētes: hæresum prauita-
tem abigētes: errores hominū corrigētes: mystica responsa
resoluentes: vetustatē sectarū omniū solidā implentes/ vol-
uunt/ trahunt/ dirigūt aduersus omnia orbis peccata / per
salebritatem montiū: p̄ roscida loca pratorū: p̄ senticeta ar-
bustorum: p̄ ardua montiū: & procliuia colliū deuiacula:
sed absq; offensatione. sui cultores: & fidei obseruatores
ad summū bonū pducunt. **Q**uorū etenim quattuor perfe-
ctorum ecclesie laudes: ac iustissima preconia accipies no-
stro quondā marte exarata. **PHILOPONVS.** **N**ondum.
studiosissime philomuse. me fatiasti: video post currum tri-
umphalem sacratissime theologie: insequētē / si recte sapio
rhedam. que imagines quattuor vehit adsidētibus duob;
senibus barbatis: quorū vultus acrimoniam. & rigiditatez
non recte percipio. nō incassum istec rheda currum eminē-
tem insequitur: nec caret mysterio/ vt mea mens coniectat:

faceres igitur mihi rem gratissimam: ut & reliqua: te interpre-
 te: cognoscerem. gloriam tibi immortalem iamdiu peperis-
 sti: quod semper es benivolus: & plane gratus in alienis inge-
 niis formandis. Debet tibi plurimum laudis alemania: quam
 cathedrali professione per multa lustra / in bonis artibus in-
 stituisti. dic queso reliqua: ut hilarus discedam. **PHILO-**
MVSVS. Quattuor imagines: duos senes circumdantes /
Euangelii sancti archigramateos denotant. senes autem utrum-
 que gladium preferunt: nouumque testamentum in sanguine ru-
 beo ac spontanea morte confirmant. Quid petri austeritate
 fuit utilius in primitiuo statu? quid doctrina Pauli tharsen-
 sis fuit fructuosius? in altero actiua vita: in altero contem-
 platiua / facile perspicitur. **V**etus instrumentum / atque figuras ex-
 emplares eterne salutis / currum aethereum: marmoreum: gemme-
 um: crystallinum: igneum: hiacynthinum: precedentes funemque
 trahentes exprimunt: quorum scripta: dicta: oracula: vati-
 cinia quicumque negligunt: & tanquam futilia transeunt: insipie-
 tes sunt / & theologico nomine haud nuncupandi. granum
 est fecundissimum in prioribus: omnis florulentia ad manum
 seruit: verus odos sapientie nares reficit: sincerus gustus po-
 tat: quicquid: preter eos / quos preuius libellus mule nume-
 rat: & hos: qui ante currum: post currum: apud rotas / ac temo-
 nem exultant: scribitur / precipitur / & ex mera garrulitate /
 hallucinando / boandoque excutitur: vix est vendibile: vix pu-
 tamine nucis venditur: quia logicam / & sophismatum trichas
 continet: veram theologie mineram minime adtingit.

Vos paleam vacuum multo conamine frustra
 Tangitis: en granis area vestra caret!
Non est in sterili celestis stramine sensus:
 Ridetur vester stultus ubiq; labor.
Farend schon lieben gesellen es ist als vmb sunst. yeling.
Sophisaster. Mostophagus.



Myfophcebus. Microsius. Logicorax.
Turba prior melius sapit: & de messe beata/
 Colligit immensas fertilitatis opes!
Nec curat nugas: inuoluit turbine nullo
Verborum sacri codicis eloquium.

PHILOPONVS. Vereor meum charissimum philomu
 sum rursus sollicitare: vt plane dicat mihi: quid precedens
 figura sibi velit: rem arduā forte tractāt: nescio qd stramē
 vacuū ictibus tot/ac tam crebris pulsant robusti viri quin
 q̄: credo murē latere sub stramine: quē vti malū corrosorē
 tritici/hordeiq̄ querūt: & tribulis terūt. percontabor quid
 sit: ne sim etiā huiusce rei ignarus/quā ridiculā & cognitu
 dignā esse autumo. Iterū ad te diuerto: sicuti ad explanato
 rem recondite doctrine presentissimū/ac fidum: humanissi
 me philomuse: vt ex te discam. quid agāt quīq̄ patres sti
 pulas inanes cōminuentes. **P**HILOMVSVS. Nisi vere
 rer me stomachū mouere quibusdā theologie sectatoribus
 tibi nō dedignarer aperire: que in animo clausa ac repagu
 lata teneo: sed veritas nō est abscondēda: nec mergēda in
 puteo: immo propter veritatē sine formidine digladiandū
 dico quod sentio: sentio enī: per depictos quinq̄ theologa
 stros eos posse figurari: doctissime philopone: qui theolo
 gie sacrarium non frequētant: qui penetralia legis veteris
 non intrant: qui prophētas non rimantur: qui bibliam nō
 lectitant: psalmodum harmoniam: qui tamen clauēs sunt
 theosophie celicæ: nec cantant: nec plectro mentis tangunt
 qui vetus instrumentum/vna cū nouo testamēto negligūt:
Paulum vix inter pocula allegant: **S**olomonis libros vix a
 limite salutant: quattuor colūnas romane sedis/ac pontifi
 cii throni/contemnunt: quia poeticum saporem redoleant
Grecos taceo: libycos spōte transeo: hiberos ceterosq̄/ qui
 pro nostra fide/ & scripserunt posteritate digna: pro regno
 æterno captando conducibilia: & fecerunt non penitenda
In his est nucleus: in his fundamēta erigunt angelicē hier
 archiæ: in his succus: mel: fauus: stacte: balsamum æterne
 sapientie. **I**n his sunt scale celorum. **A**porreta superum:
D.

pascua animorum : & mestorum hominum solatia. **Q**uis
aliud scire desiderat : q̄z qd̄ **Q**uattuor doctores roseo gut-
ture depromūt. **Q**uis in sublimi sensu : ac meditatione ana-
goria est altior **A**ugustino : quis in libris numerosior **Q**uis
Gregorio moralior : quis **A**mbrosio tropis / figuris / beator
sermone togato nitidior : quis **H**ieronimo linguarum varia-
rum peritia / nobilior : scripturarum memoria ac elucidatio-
ne fecundior. **H**orum elogia subnectam versibus contex-
ta numerosis : vt amorem erga tantos viros meum / cogno-
scas. **A**st illi tribulis certantes : cōminutam messem tunden-
tes : nil nisi leuem stipulam querunt : de fonte pluuiō atq̄
turbido hauriunt doctrinam : in questionum ! implicatissi-
marum / multiplici gryppo / nodoq̄ inextricabili sapientiā
indagantur : lanam craprinam crassam ac inutilem carmi-
nantur : in ænigmatibus tortuosis / in elenchis flexuosis : **I**n
verborum erroneis inuolucris : theologie manifestam
sinceramq̄ traditionem scrutantur. **D**ifficultatem faciunt
in re plana : in scyrpo querunt nodum / & deum cupiūt pla-
care multiloquio : qui nec logicam : nec sophisticam garruli-
tatē curat. **I**lli predicti in scholis raro vel nunq̄z triump̄ha-
lis curus trophea edocent / aut in biblicis historiis ac pro-
pheticis responsis aliquid interpretantur. sic transeūt dies
& nihil proficiunt : qui sibi ac omnibus bonis mortalibus /
prodesse gliscunt. **PHILOPOMVS**. satis sum resolutus :
nec preterea te sollicitabo : vnū est quod adpeto : vt pollici-
tos versiculos addas : qui te bene meritum de theologis bo-
nis / atq̄ candidis : vbiq̄ cōmendabunt. erit horum lector
gratus & auidus / quicumq̄ bonus buccinator laudis atq̄
virtutis patronus. subiunge modo : vt oculos meos satiā.

Philomusi Epilogus ad lectore bonū.

Non excandescens: non liuidus osor: amulos
 Nec criticus mule facta iocosa legat.
Mula nihil peccat: sed mula turpis agaso
 Peccat & ascreum vellicat ore nemus.
Sit gladiator atrox/sterilis productor asellæ/
 Si cupit aonias ense ferire deas:
Oplomachus calidum nō dedignabor harenam:
 Dum mihi dat phœbus fortia tela meus.
Dum mauors scutū: thyrsum dat bachus/ & arma
 Vulcanus siculo fortificata foco.
Sed perferra sacrum mallem tranquillus oliuam/
 Quam sic versiculis bella sciare meis.
Sed quis non abigit sacro de limite muscas?
 Baubantes vel non dilapidatq; canes?
Sit tibi grata tui gustus professio: nostra
 Humano titulo predita: rite placet.
Non sumus ignauum pecus: aut de stercore nati/
 Qui ch yrrham colimus/pegasidiūq; choros.
De superis loquimur: laudamus numina cæli:
 Nectareum nobis dat deus ipse melos.
Hymni sunt vatum: sunt psalmi: cantica: versus:
 Plectraq; quis superum templa dicata sonant.
Sic sua quæq; iuuat professio: liuidus absit
 Basmolochus tantum: qui mala verba serit:
Nos sumus ingenui (non merx postrema) poetæ:
 Scribere nos stimulat posteritatis amor.
Theologus faciat quisq; quodcunq; cupiscit:
 Dormiat/ aut scribat/ audiat aut recitet.
Dūmodo non lepidos dentis rubigine vates.
 Carpat: & emeritos nec laceret titulos.
Horum quis melior sit: tantum rector olympi
 Nouit: & examen/ iudiciumq; feret.

Ad quattuor ordinum men
dicantium doctores. **Philo**
musi Epistola.

Deus omnium rerum conditor: & celi numina beatissima mihi in hac causa prebēt testimonium verissimum: viri deuotissimi: doctores mihi in christo dilectissimi: itē vniuersus germanie circulus vbi cognitus est philomusus/iureiurando adfirmat: q̄ semper fidem rectam in cathedra phœbi predicauerim: q̄ scripturam veteris instrumēti legerim & miro laudum preconio extulerim: q̄ libros basilicos: solomonis cantica: **I**tem alia fidei sacramenta/mysteriaq̄ sincero pectore semper/ & constanti mente deprompserim: q̄ in pulpito oratorio/ passionem domini nostri Iesu christi: in magna studiosorum hominū caterua/publicitus recita uerim: amarissimos fletus effuderim/ac auditores per memotos & incensos ad deuotionē excitauerim. q̄ Augustini opa/hieronimiq̄ nōnullas ep̄las elucidauerim. **Q**uid igit̄ quidam ignobiles theologie professores/a me nec laceſſiti nec verbis aut conuitiis cōpuncti: me contemnunt: me mule comparant: me hostem theologie edicunt. non sum talis **C**larissimi doctores: nō sum osor vester: sciūt vestre sectæ scit vniuscuiuscunq̄ conscientia: q̄m sedulus defensor semper extiterim relligiosorum. **E**st mihi cum theologis: iugis conuersatio/cum monachis solatium/ & concors societas. **I**n cœnobiis meum ambulachrum: quod cū sit p̄spectissimum / non eget publica probatione. **S**eculares theologi me vexant non omnes: bonos enī non corrumpit liuor: sed mali quidam: qui nihil seminant in scholis nisi quisquillas

Iollium / Zizaniam / & si quid nocentius est. **V**alete vos in christo: & mea scripta / in bonū sensum accipite: boni consulite: veritati enī non repugnant / quā profitemini.

¶ Ex Auripoli. Anno .M. ccccc. vi.

¶ Eucholae Philomnsi:
ad Rectorem celorum.

¶ O deus eterne soli metuenda potestas?
 Diuinos concede mihi sermonis odores.
 Tu quia perpetuo manantia secula cursu
 Dirigis: atq; tuis lucentia sydera voluis
 Nutibus: & semper melius tibi militat ether:
 Ad tua iurati veniunt & classica venti.
 Quicquid & in toto mirandum cernitur orbe
 Obsequium picti rectoribus implet olympi.
 Astra fretum & tellus / conuexaq; machina mūdi
 Seruitium conferre deo pro viribus instant.
 Sed modo non aliud cupio nisi munera fandi:
 Laudandiq; modos / igitur nunc sceptifer orbis
 Fœcundos infunde mihi de fonte liquores
 Ethereo: latices simul & de nectare dulces
 Redde: quibus superū valeā depromere laudes.
 Non mihi corytiæ nymphæ / nō delphica phana:
 Haud nem9 aonium / nec phœbi torua sacerdos /
 Ad subitos prodesse queunt dictaminis orsus.
 Tu tribus vocem: tu dulcia plectra ministras:
 Argutosq; facis celesti pollice neruos.
 Non sine te Ciceronis honor mansisset in orbe
 Non sine te graii nitidis fulsere palestris.
 Non Plato diuinus celsi scrutator olympi

Absq; tuo meruit venerandam numine palmam
Eloquii: sophiaq; simul/sacræq; methesis.
Fertilibus totum foecundas fluctibus orbem:
Nec pateris steriles crassæ telluris hiatus.
Das cunctis vite spirantia membra decoræ:
Das sensus/motusq; graues cum pondere certo.
Vertice deq; tuo manauit delphica pallas:
Manauitq; sophos/virtus/prudentia/vires/
Et series rerum:mansuetaq; dogmata/legis
Aeterne probitas/&quicquid nobile cretum est.
Funde modos cytharæ gratos/dignosq; theatro.
Iam memorare volo celeberrima gesta: licet sit
Debilibus mea musa rotis transuexa p antrum
Castalium:spiretq; rudem de gutture vocem.
Presidium da queso pater.da munera linguæ
Intemerata meæ:feruens dum spiritus artus
Ecce regit nostros/pro te nec fata subire/
Nec gladios metuâ.famulum defende benignus.
Dii bene vortant.

Elogium Gregorij magni a Philomuso consutum.

Editus Rome patre Gordiano:
Silvia matre & genitus pudica:
Traxit & nomen genere ex auito
Nobilitatis.

Hic senatores habuit parentes
Qui sacros quondam tenuere fasces:
Fausta magnorum pariter Quiritum
Sceptra fouerunt.

Artibus pueris/lepidisq; nymphis/

Impiger sensus aluit tenellos:

Atq; gustauit studio frequenti

Dogmata christi.

Suxit & graios sitiens liquores:

Et prophetarum monumenta voluit:

In quibus nostræ fidei suprema

Tela coruscant.

Protinus largos penetrat per hortos:

Dogmatis prisca documenta pandens/

Atq; celestis reboans minueruæ

Gutture leges.

Candidos mores/habilesq; gestus

Corporis finxit/coluitq; semper

Dona virtutis specimenq; prudens

Auctor amauit:

Spreuit insanos populi fauores:

Et decus mundi/cupidosq; plausus

Vrbis insignes pariter theatri

Spreuit honores.

Non voluptates nimium fugaces:

Non opes vanas/auidasue **G**azas

Congerit: pectus tenet ast ab omni

Sorde remotum.

Hic egestatis miseræ patronus

Extitit:solamen inopum/salusq;

Verus & large pietatis altor

Norma; vitæ.

Tunc licet felix opibus superbis

Effet:& diues nimium dolosos

Dispulit nummos/celebrandus auctor:

Relligionis.

Struxit ad christi venerationem/
Claustra sex/fratrum siculus in oris:
Septimum sumptu proprio/latina

Struxit in vrbe.

Sericis comptus/ tyriaq; veste
Qui prius fulsit: modo sordidatus
Pauper incessit: mediocritatis

Sedulus hospes.

Sponte languentis humeros fatigat:
Atq; nodosæ saniem podagræ:
Cum fama dura/ lachrymisq; pungit

Debile pectus.

Iugibus curis: miseroq; planctu
Tundit exhaustas trepidi medullas
Corporis: querit vigil & serena

Regna polorum .

Sepe in obscuro meditans sacello
Vota mansuetis precibus referta:
Lumen æterni supereminabat

Numinis ingens.

Angelus fingens spetiem miselli
Naufragi: sanctum celer ad patronum
Tendit: & supplex aliquid rogando

Poscit ab illo .

Nummulos certos vicibus duabus
Angelo nauaræ faciem gerenti:
Datq; fulgentem pateram librati

Ponderis vnam .

Tam pius lecti gregis aduocatus/
Proditur statim populo togato/
Moxq; tarpeiam celebris tonatur

Fama per yrbem.

Dignus vt Petri teneat cathedram

Ducat & remos fidei tenaces

Et dei firmum statuet tropheum

Conciliumq̃.

Sumit inuitus/trepidusq̃ papæ

Nomen: hic curas renuens molestas:

Gliscit in tuta moderare vitam

Conditione.

Victus a gentis precibus latinæ:

Suscipit sedis iuga graciosæ

Dux & a petro moderata dudum

Vela gubernat.

Pontifex summos adiens honores /

Cuncta precenset monumenta sedis.

Ordines cleri/renouatq̃ sacros

Temperat actus.

Nam chori ritus statuit/precesq̃ /

Sanxit & diuæ noua iura legis

Et reformauit manibus perennem

Relligionem.

Texuit miris numeris libellos:

Et salutare bonus innouauit

Fœderis leges: stabiliuit arcem &

Pontificalem.

Scripsit & chartas lepidis repletas

Moribus: celum quibus impetratur

Et prophætias cecinit vetustas /

Offitiumq̃.

Sicq̃ sublimis meruit vocari

Doctor: & nostræ columen salutis

Spesq̃ Romani meruit vocari

Pontificatus.

Si modo talem superi patronum
Mitterent fessos regeret rudentes:
Qui modo priscos repararet actus:
Ecclesiamq̃.

Thurcus acceptis furiosus armis
Non crucis sancte nitidos triumphos
Marte nec fidos famulos cruento
Dilaniaret.

Tu tamen vultu placido camenam:
Et cape has laudes puer imperitus
Quas tibi plectro cecinit retuso.
Sancte Gregori.

Elogium Barbati Hieronimi ab eodem concinnatum.

Hieronimi laudes canimus: linguisq̃ fauete
Thurea versiculis nunc date sacra meis.
Editus hic clari generis de stēmate: faustum
Virtutis speciem gessit vbiq̃ sue.
Indole de tanta potuit gaudere benignus
Eusebius: satus hic quo genitore fuit.
Hic puer instinctu celesti ductus & aura
Pectore decreuit dogmata culta sequi.
Non hunc delitiæ molles: lasciuia marcens:
Otia nec puerum dissoluere rudem.
Non hunc ad fastum fragiles mouere parentum
Diuitiæ/partus nec genitoris honos.
Mundus erat vita: gestabat membra pudore
Cincta: nec ad mundi crimina pronus erat.
Iucundos mores terreno sub corde fouebat
Mansuetus verbis: dulcis & eloquio.

Mollibus & didicit lingue rudimenta subannis:
 Et suxit prisca quod coluere sopheri.
Deserit hic patros census/dulcesq; penates/
 Nauigat ad sancti limina celsa petri.
Romanas adiens Arces diuinitus actus:
 Christicolas summa dexteritate colit.
Artibus humanis venerandæ scrinia mentis
 Exudit:& studio candida membra fouet.
Adfuit artigraphus teneris Donatus ab annis:
 A quo sermonis grammata culta capit.
Et Victorinus rhetor facundus/& acer/
 Semina romani contulit eloquii.
O quantum ducere virum? quo gloria fandi
 Ad gentes libycas venit/& hesperias.
Hic postq; sollers animi:studioq; politus
 Extitit:æthereas sollicitauit opes.
Tarpeios igitur proceres/linquensq; galerum:
 Sub cælo danaum/tempora grata terit.
Doctorem nactus:qui totum scibile nouit:
 Et princeps graio præstitit eloquio.
Haud greco contentus erat sermone latinus
 Hierominus: Didymi candida scripta legens.
Nam solymas pergens/doctos auscultat apellas
 Sedulus:hæbræas discit & historias.
Sic passim sacris nutritus fontibus:urbem
 Romuleam repetit/monticolasq; lares:
Hic vbi cardineo sacer insignitus amictu est:
 Ecclesie columen/lex quoq; sancta fuit.
Non tamen adfaustū formabat mēbra superbū:
 Sed castus semper/& moderatus erat.
Condidit argutas spectati dogmatis artes:
 De cuius multi fonte rigante bibunt.

Aduersus gentes sublimia sensa prophanas
Edidit: & fidei dispulit arma male
Hoc hæbræorum veteres interprete libros:
Sumpsimus / æthereæ delitiasq; lyre.
Transtulit hic reges: **G**enesim / canosq; pphetas
Transtulit & nostrum mystica sacra patrum.
Transtulit & psalmos / atq; organa dulcia vatam:
Transtulit & quicquid gens recutita canit.
Sed cum terrenas sordes / cursusq; fugaces /
Inuitus oculis cerneret atq; nefas.
Protinus humanis cætissima pectora curis
Liberat: & tutem gliscit abire viam.
Congestis igitur libris quos numine diuo /
Scripserat adflatus: **C**odicibusq; simul.
Atcis dardaniæ sublimia recta relinquit:
Exonerat scapulas **H**ieronimusq; suas.
Accedit sol ymas / & sancte pascue terre:
Et Malchi monachi scriptitat historiam.
In cruce signatus / syrie deserta pagrat:
Inquirat latebras / lustra q; vasta sibi.
Hic tenebras gelidas: antrumq; ingressus æremis:
Ossa fame torquet / æsurieq; premit.
Edibus in modicis residens miracula pandit:
Et mærens lachrymis liuida membra rigat.
Solutus & in rigido miseranda piacula luco
Solutus: & offitii cantica mestus agit.
Prebuit huic requiem lapidoso terra cubili:
Vix somnum capiunt lumina fessa senis.
Sic cruiat corpus torrenti sole pustum:
Et sentit boream: sudificosq; notos.
In cute stat macies: neruorum & lurida pestis:
Dissutis facies & riget atra genis.

Aspera cingebat vestis pudibunda/torosq:
Lustrabat tonso deuia vasta pede:
Non tyrii chlamides: non hic Sidonia vestis
Non arabum flores/coryciumq; crocum.
Thura fabeorum non hic gestantur odorue/
Assyrius: sterilem sed tenet ille locum.
Cultibus angelicis inuicto corpore seruit.
Indulget lacris & sine fine libris.
Semper & assidue sedem meditaturolympi:
Et miseris tutam monstrat ad astra viam.
Huic leo crudelis natura/seruit & offert/
Transfixum posita tunc feritare pedem.
Archetypon sit & ille diis/& norma bonorum:
Qui cupiunt casus exuperare graues.
Tu tamen esse velis lector sermone precamur/
Contentus modico: non quia cuncta cano.
Laudib9 hunc cumulent multis iuuenesq; senesq;
Concinet huic lepidum turba diserta melos.
Atticus huic caneret laudes Demosthenis orsus:
Vidisset tanti si monumeta viri.
Huic Plato mellifluis caneret preconia rhythmis
Incl yta: celsitonam concuteretq; tubam.
Pindarus arguta cytharæ modulator & alceus
Huic cuperent graiæ tradere plectra lyræ.
Dulcior Isæo fuit hic: iucundior Orpheo:
Atq; pares meruit cum Cicerone vices.
Suauior Argolicis fuit hic: latiusq; poetis:
Cultior hebræis/Assyriisq; fuit.
Hic tuba christicolū: fidei quoq; machina nostre:
Hic fuit & columen/presidiumq; crucis.
Contudit hic falsas sectas vt malleus vrgens:
Dissecuit ritus enseq; Tartareos.

Parce tamen vati: q̄ non miracula dicit
Qualia post fatum visa. fuere diu.
Hieronimi laudes igitur/ quicunq; decusq;
Perlegit: is dicato philomuse vale.

E Epigramma Philomusi/ ad clarum ac nobile
doctorem Hieronimū de cruaria
Diui Hieronimi cultorem.

Delectare potes genium clarissime doctor:
Hieronimi sacris laudibus & numeris.
Quos cecini/ raptus subito doctoris amore/
Qui pro christicolis prelia dura tulit.
Huius & eloquium/ studiosos nutrit alumnos:
Barbariemq; rudem pellit ab ecclesia.
Spinosos recitet quis nā: nisi crudus & amens/
Theologos: vbi sit pagina hieronimi.
Hunc cole iam/ cultūq; meis venerare camænis/
Noster in aduersis iste patronus erit.

Vale.

E Elogium Augustini. Patris
Eremitarū: et monachorum
strategi. a philomuso dicatū

Augustinus adest/meritis preconii dignis
Expetit: & magni celebratum syrma cothurni.
Monica digna parens libycis bene nota puellis/
Edidit illud opus: cunctis memorabile seclis.
Ecclesie robur genuit quoq; Monica diua
Eloquiūq; tubam rigidam/ lituumq; canorum/
Quo gentes Asiæ quondam tremuere prophanae

126.

Cuius & ingenio christi monumenta tuentur.
En veluti fulmen celorum ex arce coruscum.
Intonat: & tremulo r. entes splendore fatigat:
Et casum celi subitum/mortemq; minatur:
Terra tremit/titubatq; truci gens territa motu.
Sic Augustinus tam sacri pectoris amnes
Pandit: & irriguis pluuiis per compita tendit:
Et regit igniferi candentia sydera celi:
Angelicq; choros/ & christi stigmata monstrat.
Perfida thurcorum trepidat tunc secta: fidesq;
Impietasq; tremit. funestaq; terra getarum.
Hic puer edidicit primi certaminis artes
Libertate bonas: & nobilitatis alumnas:
Grammaticen/logigamq; & vocis plectra canore
Rhetoricq; locos/festiuq; scōmata lingue.
Ille manicheos quāuis sequeretur amore
Ignaro: tamen a secta purgare nefanda
Se primum cœpit/latias cum pergit ad oras:
In subrumq; sacras exaudit prefulis artes
Ambrosii: qui tum christi pietate micabat.
Ad latium tulit is musas de vertice pindi:
Sponte sed in latio celestes imbibit orsus:
Quos pater Ambrosius promebat gurgite viuo/
Protinus ex illo fluitant documenta probanda/
Extirpatq; nefas/quod thurcos cecat atroces:
Atq; manicheos stimulis/ & calce laceffit:
Infringitq; fidem: surgit qua turbidus error.
Et qua christicole mortem experiuntur acerbam.
O quantum tibi nos omnes debere fatemur?
Cuius ope est mundo nunc gloria reddita lato:
Vltima que penetrat spaciosi limina celi.
Mittit & ad gentes christi vexilla remotas:

Et super Europam fælix iactatur & indos:
Notaq; iam pariter riphæis montibus instat.
Altiloquas totum vigilans diffundit in orbem
Doctrinas: vario simul & dictamine libros
Edidit vt rabidam gentis calcaret inique
Pestem: que christi cælestia dona negabat.
Hoc doctore fides nobis / cultusq; remansit
Et pietatis amor: sic dogmata praua ruinam
Cœpere: & subito cecidere ad Tartara lapsu.
Instituit primus fratres dux ille cucullo
Indutos nigro / monachus quoq; floruit ipse.
Et data viuendi nunc obseruatur vbiq;
Regula. que recto demonstrat calle tonantem.
Hic docuit socios / dignos sufferre labores
Ob christi mortem: laceri quoq; corporis artus.
Sicq; gradu stabili cultum formare supernum
Viribus eloquii potuit: nam mella / fauosq; /
Dogmatis ætherei cunctas diffundit in horas.
Robora magna tui fidei genuere colores /
In quibus implicitis gentilia corda tenebris
Errorum vacuas: & numina falsa remordes:
Participesq; facis mortales nectaris almi.

Elogiū Ambrosij Archiepi medi.

Romulea sanctus quondam prognatus in vrbe /
Ambrosius: tenui laude canendus adest.
Nobilitate potens / titulis & clarus auitis:
Et consulari stemmate signa gerens.
Candida dardani sibi progenere curules
Nomina: tarpeio tunc bene nota Ioui.

Hic tener acteus animo conuersus ad artes:
 Constituit diuum rite platona sequi:
Mira etenim fertur/cunctis memorandaq; seclis/
 Fama: per italicos & recitata lares.
Dum semel in cunis venerandus foite puellus
 Sterteret:& premeret ore patente genas.
Examen collectum apium stridentibus alis
 Conuolat:& secum mella fauosq; gerit:
Os pueri complet succis/& mella labellis
 Infundit:dapibus ethereisq; cibatur.
Hoc voluit monstrare deus signanter in illo
 Vt fidei nostre buccina clara foret.
Dulcia mella quidem/lingue monumenta diserte
 Portendunt:fontes eloquiiq; sacros.
Gratia celestis puero promissa tenello/
 Signa dedit populis hec manifesta piis.
Iam fileant danai magnum iactare platona.
 Nil maius docto nascitur Ambrosio.
Sint licet argolicis miracula visa colonis/
 In quibus emicuit rite Platonis honor.
Delicias apium gustans:& mellea fercla/
 Protulit eloquii schæmata mira sui.
Nam reserauit opes sophiæ/causafq; reclusit
 Rerum:quas gremio diua minerua tenet.
Ast hic/quæ canimus/sedem lucentis olympi
 Amplificat:nulla territus inuidia.
Efficat vt christi passim monumenta resurgant:
 Et niteant summo templa sacrata deo.
Missus ad Emiliam/dux hic/liguriumq; colonos/
 Consensu diui cesaris atq; patrum:
Subiectas alacer certo moderamine gentes
 Temperat:& dexter credita iussa facit:

Insubriumq; caput Medilaniq; penates
Ingreditur: turbas comprimit atq; graues.
Interea moritur presul Auxentius atra
Morte/ subit tristi fata seuera lue.
Infantis subito sonuit vox clara per vrbem:
Prodidit & summi mystica vota dei.
Presulis Ambrosium dignum conscendere sedem:
Vox tonat infantis/ auguriumq; fuit.
Acceptans igitur latas antistitis arces/
Lege regit cunctos/ dexteritate fide.
Hoc ductore fides passim romana relucet:
Sectarum impietas hoc duce victa iacet.
Virtutis statuam posuit: fideiq; columnam.
Erexit stabilem/ que tenet arma dei.
Offitia ex mediis calamo congeffit Athenis:
Et didicit quicquid graia palestra tulit.
Virginitatis opus multum mirabile prompsit:
Et docto scripsit pollice mille libros.
Digna tibi vellem tenui preconia sensu
Dicere/ si lingue large fluenta dares.
Ambrosium genitrix te non sine laude vocauit:
Ambrosiani fragras: nectar & etherium.
Exiuit de te . celestis vena liquoris:
Pectore deq; tuo nobile fluxit opus.
Tu tuba terribilis populo metuenda prophano:
Et tua gentiles classica sepe timent.
Eloquio promptus/ dexter probitate fuisti:
Ingenio mitis/ imperioq; tenax.
Tu piger ad panas: ad celica premia velox:
Tu famam sere posteritatis habes.
Da mihi felicem lapsuro in tempore cursum.
Da fatilites mores/ fructiferasq; vices.

Vt tuto possim tumidos transcēdere fluctus
Remige/securas & penetrare vias .

Lectoribus Sacrum.
Philomusicolis.

Aspera verba meus genius/scabrosa q̄ vitat
Obsoleta fugit nomina: plana capit .
Et faciles numeros syntaxi molliter apta
Compositos amat/& tinnula plectra ferit .
Fastidit calamum: qui messibus ex alienis
Compilat fascem/furta q̄ trita legit .
Natium carmen/facili de pectore fusum:
Nec salebris durum/flauus apollo probat .
Optimus esse cupit/princeps & in ordine vatum:
Nexibus insolitis qui mala sensa ligat .
Adfectat vel qui saliares condere versus:
Vel quod in Ausonia rarius esse solet .
Iste tener genius/doctis plerisq̄ videtur
Non iniocundus: quos pia musa iuuat .
Nil moror indoctos/qui ceca mente figuras
Dicendi trutinant/Artificem q̄ stilum .
Hunc nostrum genium/vel qui torrentia linguæ
Verba malus carpit: est odiosus homo .
Est odiosus homo:naturæ dotibus atram
Opponit nubem/sed quibus ipse caret .
Pinge tuos tragico tenebrosos sirmate versus:
Fac carmen dignum vindice palladio .
Implico non tumidis cantamina libera nodis:
Commata nec longo vortice tracto paro .
Simplicitas me grata probat/charissime lector:
Meq̄ stili laudat hoc mediocre decus .

Endecasyllabon ad Erhardum:
truchses libelli tutozem eiusdem.

Ad mitem dominum tener libelle?
Te confer subito gradu: Salutem
Centenam quoq; dic meo patrono/
Cuius presidio recens vagaris:
Cuius stemmate tectus ambulabis.
Per cunctas plateas/scholas/theatra/
Non ronchos metues procatiores:
Nec limam critici timebis atram:
Erhardus quia gloriosus auctor
Est nostri tituli/comesq; vite
Iucundus/lepidus/pius/benignus/
Facundus pariter/bonusq; tutor.
Exopta sibi nestoris disertis
Etatem niueam:vices salubres:
Successus virides/toros vigentes/
Lenem pectoris & voue quietem:
Et cursum facilem beatitatis.
Hic versat sophie crebro labore
Arcanos modulos/studetq; sacris
Doctus legibus:atteritq; prisca
Chartas eloquii:chorum frequentat/
Res & ecclesie regit dicatas
Recto iudicio vigil probatus.
Donis & tetrice vacat minerue.
Non hunc segnitie (viris molesta
Semper palladiis) facit tepentem.
Et nunqm genius bonis laborem
Feruens ethereis fugit celebrem.

Ad cultos igitur tenetur libelle
 Te confer celeri gradu penates:
 Quos tutor bonus incolit: fouebit
 Amplexu numeros meos benigno:
 Et blandam dabit hospitalitatem.

Ad libellum.

Vade per insignes erato comitante palestras:
 I libere/ & rectam fac mihi queso fidem.
 Non tibi latrabunt rabiose sibila lingue:
 Nec pandet rictus emula turba truces.
 Non tua lasciuos exponit pagina versus:
 Sed modo celicolum candida gesta canit.
 Gymnasium quodcunq; tuos versare labores
 Glicet: nam pangis dexteritatis opus.
 Rusticitas quãuis sit multum auersa disertis:
 His tamen hac culta simplicitate places.
 Te Cato romane censure maximus auctor/
 In medio legeret conciperetq; foro.
 Et tibi plaudentes sonitus romana iuuentus
 Redderet: ingenuis exaturata modis.
 Mandatum damus hoc/ vt liuida murmura vites:
 Et nihili facias nunc asinale pecus.
 Nec celer ad madidas cauponis curre tabernas /
 Est vbi iudicium carminis ipse calix.
 Nec pete mordacis lutulentus balnea turbe:
 Ne redeas lacera cum cute/ siste pedem.
 Vade sed ad doctos renouata fronte patronos:
 Sub linguis quorum nulla venena latent.
 Te capient iuuenes/ quibus est innata voluptas:
 Mellifluos latices lambere pieridum.
 Ex te/ clarificum capiet Philomusus honorem:
 Qui prodesse cupit omnibus absq; dolo.

Dii bene uortant.

Conradus Schrybach Legum licen-
tiat⁹. et poetices cādidatus. **Philomu.**

Fecisti rem Philomuse charissime/ tua p̄fessione dignis-
simam: cū sacratissime poetices defensioneꝝ aduersum im-
probos adlatratores susceperis. **Q**ue sua veneranda maie-
state diis meritos tribuit honores: heroū preclara facinora
posteritati memorande tradidit/ omnes disciplinas suo lu-
mine illustrauit: & immixtis eloquētiæ facib⁹ tenebras ex-
cussit. **H**æc si medio excedat: erit consequens/ superos suis
ceremoniis fraudari peritiã & memoriã omniū rerū oblit-
terari. **A**bsit tam infaustum omen: vt ea potissimū intereat
que vna nos miseros mortales/ eternitate cōdonatos/ a mor-
talitatis iniuria vindicat. **Q**uare nemo miretur/ si hanc pre-
ceteris omnib⁹ disciplinis prerogatiuã meruerit: vt sui pro-
fessores regia manu/ victrici laurea triumphantiuꝝ more
coronentur. faceſſat ergo sacrilegia & nefaria lingua/ que
poetices semper virentem / & immarcessibilem gloriam.
Mulæ ignominiosissima adpellatione per summum sce-
lus & iniuriam incestare conata est. **S**ileat personatus ille
Theologus/ qui hypocritarum more/ ambitiose tristis / te-
trica & caperata fronte vt ouis incedit: intrinsecus rapacis-
simus lup⁹: & sic coget priscos veros & nō simulatos theo-
logos/ **S**anctissimos patres/ poeticam insinu gessisse. testā-
tur eorum monumenta posteris prodita: quorum minimā
iotam fanatic⁹ ille vix intelligit. **T**u modo mi philomuse:
perge vt facis/ ab inuidiorum iniuriam hanc assare. **V**ale.

Eiusdem Hexastichon.

Stramen edant asini. distento ventre pilosæ
 Quisquilias mule/ut fimus abunde cadat.
 Cinnama periedum cultores suauia gustent:
 Ut fluat e culto pectore mellis odor.
 Non sapit Ambrosiæ pastus/nec delphicus illi:
 Cuius ad Esuriem crassa polenta sat est.

Valentinus Gamphelius.

Theologus bonus est: vates est clarus uterq;
 Et prodesse potest: atq; nocere potest.
 Efficit authorem professio nulla scelestum:
 Mens peccat potius si scelerata facit.
 Theologus nihil ab deuoto nempe poeta
 Distat: ab æthereo manat uterq; choro.
 Ambo trahant igitur sacrati lora capistri:
 Et subeant concors nunc in amore iugum:

Wolfgangus pontimontanus

Philomusicola. aduersus Agasonem biliosum.
 Quid musis Mulas componis mulio? pandis
 Que prestant mulis/iuditioq; tuo.
 In musis scaturit genuis: viuitq; sophiæ
 Conventus resonat spherifice atq; chorus:
 In mulis foetor: ventris quoq; turgēt omasum:
 Vnde legis manibus stercora densa tuis.
 Veracis. diui vates sunt theologiæ
 Cultores: fidei saluificeq; patres.
 Comprime virosū guttur cum pectore vano/
 Oris & obloquium comprime pestiferum.
 Nam nisi sic cedas iouiales ledere vates
 Vulnere concipies nō reparāda tibi. **N. D.**

Adalrico Tengler presidi Hysopolitano.
Philomusi Ende cassylabon dicatum.

Tengler sudsidium meæ camene/
Gliscens perlege musteum libellum:
Sicco pumice rite læuigatum/
Qui diuos adyti sapit lepores:
Et de cenopiæ sinu minerue
Fusus: pierios frangransq; flores:
Authori faciet suo fauorem.
Hic est ingenua cohorte fultus/
Que phœbi tripodem vigil tuetur:
Que cyrrhæ penetral: sacrosq; potus
Pyrenes bibit: & legit frequenter
Serpentes ederas/nemusq; passim
Grynæum colit: vnde laurus ortum
Sumit: que celebris caput poetæ
Vestit: Cæsaream dat & coronem.
Captus ingenii noui placebunt:
Rari materies recens furoris
Et planus calami modus iuuabunt.
In quo non tumidus stilus superbit:
Nec schloppus resonat/ grauis ve bombus/
Qualem fumifici tenent poete.
Scripsi clarius/ vt puer tenellus/
Conatum caperet meum: diserte
Tengler Locherü decus Sueui:
Vale/ vale iterūq;

EPIGRAMMA SCARAMELLE.

131.

Sum Scaramella bone de semine nata catellæ.
Inter bauaricos gloria prima canes
Sum scaramella/manus domini quã sepe retorto
Suspendit laqueo:flagraq; lenta dedit.
Sum scaramella rudis/sed totum nota per orbem
Durat in externis & mea fama scholis:
Sum scaramella/penes phœbi nutrita cathedrã.
Lusibus oblecto pectora grata meis.
Sum scaramella/mihi nimis exitiosa simulas.
Displicet:& clari factio gymnasii.
Hoc scaramella loquor/maior concordia brutis.
Est modo q; rigidis:quos fouet ara:viris.
Hoc scaramella loquor/qd nũc immẽsus & excors
Est numerus fatui/colluuięsq; gregis.
Hoc scaramella loquor/mulas preponere musis.
Audax est.vacuo iudicat & cerebro:
Ossa canes soliti ieiuno rodere dente.
Ossa magis rodet inuidiosus homo.

Lemma catelle.


Alibris abigo mures scaramella salaces:
Ne rodant domini chartea tecta mei.
Alibris abigo fures scaramella rapaces:
Ne pereant muse fixa trophea sacre.
Alibris abigo fatuos scaramella dolosos:
Edita qui tentant scripta cremare face.
Sum custos fidus/carnis mihi frustra recentis/
Apponit vatis dextera larga mei.

Anno D.M.CCCCC.VI.Nonis Octobribus.



Hüt woll mein Scaramella.
 Laß kein stain in garten werffen.


Impressum Numberge per dominum Ioannem
 Weissenburger. Anno. D.M.CCCC.VI. Die
vero decimasexta mensis Decembris.



capitai



nem
Die



Bayer. Staats-
Bibliothek
München

